



3438. III. B. d.

✓ 274

22

MATERIA
TENTAMINIS PUBLICI,
QUOD
EX ANNI HUJUS SCHOLASTICI
PRÆLECTIONIBUS
QUOVIS,
CUI LIBUERIT, PERICLITANTE
SUBIBIT
IN
COLLEGIO REGIO THERESIANO
SOCIETATIS JESU
ILLUSTRISSIMUS DOMINUS
JOANNES FEKETE
DE GALANTHA
PHILOSOPHIÆ IN SECUNDUM ANNUM
AUDITOR.

DIE

MDCCCLVI.

VINDOBONÆ,
TYPIS JOANNIS THOMÆ TRATTNER, Cæs. Reg. Majest.
Aulæ Typogr. & Bibliopolæ.

030029458



THESES
PHYSICÆ.

EX PROLEGOMENIS
QUÆSITA.

I.

- Q**uid Physica, corpus, & corporis principia ?
 2. Quæ veterum Philosophorum Pythagoræ, Platonis de corporum ortu systemata metaphysica ?
 3. Quæ tam veterum Thaletis Milesii, Anaxagoræ, Epicuri, quam recentiorum Gassendi, Cartesii, Digby, Honorati Fabri, Chymicorum de ortu corporum systemata mechanica ?

4

A S S E R T I O

Totius Physicæ Fundament.

1. Ostendi potest experimentis præcipue chymicis, omnibus corporibus inesse communem quandam vim, propter quam massæ distantes in se mutuo ferantur, contiguæ vero invicem firmissime adhærent.
2. Hæc vis eadem quidem est in magnis & parvis materiæ portionibus, sed leges modusque agendi diversus ; quam nos, cum mechanicarum vi-
rium sed nondum cognitarum genus quoddam esse censeamus, *mechanismum appellamus incognitum.*

DE MECHANISMO INCOGNITO IN MINIMIS MATERIÆ PORTIONIBUS.

LEX Ima.

In minimis materiæ portionibus vis mechanica corporum proportionalis est superficiebus, secundum quas eædem se contingunt.

USUS LEGIS

Hæc lex pertinet ad explicandam corporum densitatem, duritiem, mollitiem, fluiditatem, & diversos harum proprietatum gradus.

ASSER-

ASSERTIONES.

1. Cohæsionem, vi cuius minimæ materiæ portiones magna constituunt & efficiunt corpora, neque dicimus fieri a solo immediato contactu minimarum partium, neque a pressione aeris aut fluidi cujuscunque ejusmodi partes minimas quocunque modo comprimentis. Sed
2. Partim ex textura partium, partim ex mehanismo incognito minimarum molecularum adhæsionem oriri afferimus.
3. Quo major fuerit corporum fluiditas eo minoribus constabunt sphærulis, iis tamen
4. Solidis, impenetrabilibus.

LEX IIda.

Si corpuscula a se invicem separata & resoluta innatent liquido, in quo corpus aliquod integrum demersum est, fiet ut id ab innatantibus corpusculis in insensibiles dividatur particulas, si primo poros habuerit ad penetrandum proportionatos, si 2do vis adhæsionis ipsius corporis solidi non superet vim illam, qua innatantia corpuscula intra ejusdem solidi poros adiguntur.

USUS LEGIS.

Dependenter ab hac lege explicamus varias metallorum, salium, terrarum, &c. solutiones ope apti

menstrui præcipue cur partium resolutio tanta succedit accuratione, ut eadem solutorum corpusculorum proportio sit relate ad totum liquidum, quæ relate ad quamlibet liquidi partem.

Cur omnia menstrua non soluant omnia corpora, cur in determinata semper quantitate: sic aqua jam salsa, salem porro non soluet, cur eadem aqua insuper soluat saccarum &c.

Porro hæc lex pertinet ad ipsorum salium natum explicandam: sic, quare sales acidi efferuescant cum terris & lapidibus alkalinis &c. Sirupis cœruleis affusi rubrum concilient colorem, contra alkali ni cœruleum permutent in viridem :

Quæsta.

Quæ natura salium acidorum, alkalinorum, & mediorum, quæ proprietates salis communis, nitri, aluminis, vitrioli chrysocollæ salis amoniaci, quid soda Hispanica, & cineres clavellati, quale sal conficiendis vitris aptius?

ASSERTIONES.

1. Corpora sunt divisibilia in moleculas stupende paruas, sæpe sensus nostros quibuscumque præfidiis armatos, effugientes.
2. Moleculæ hæ diversam habent figuram.

3. Non

3. Non secus quam corpora magna poris & meatibus pertusa sunt, qui tamen ubique non sunt æquales, sed tam magnitudinem, quam figuram habent diversam.

LEX IIIItia.

Diversi generis corpuscula cuicunque innatent liquido! Si 1mo majori vi in se invicem ferantur, quam in partes liquidi cui innatant, fiet ut se invicem conjungant relicto liquido.

Si 2do hæc corpuscula insuper elæstica fuerint, invicem accedent, & resilient, consequente motu intestino partium tanto majore, quanto magis fuerint elæstica.

Si 3tio prædita quidem fuerint vi invicem accendi, nulla vero elasticitate, accedent, adhærebunt leviter, & coagulum formabunt.

USUS LEGIS.

Hæc lex pertinet ad explicandas ebullitiones, effervescentias, fermentationes chymicas, præcipitationes & coagulationes.

ASSERTIONES.

I. Quando eadem quantitas materiæ sub majori existit dimensione id rarefactionem dicimus, hanc fieri

- fieri afferimus à particulis igneis, quæ poros corporis ingrediuntur & eosdem dilatant.
2. Transpiratio est propria omnibus iis corporibus in quæ calor vel levissime agere potest., adeo ut inde ne metalla quidem , vel durissimos eximamus lapides.

LEX IVta.

Si minimæ moleculæ , quæ per firmam inter se adhæsionem corpus constituunt accedente extranea vi ab invicem sejunctæ fuerint , ita ut extra sphærā veniant suæ activitatis , quam invicem exerunt , non coalescent amplius in unum corpus. Si separatæ quidem fuerint , sed intra mutuæ activitatis sphærā permanferint , prius constituent corpus.

Cuicunque vi extraneæ , eorum cohæsioni contrariæ pro ejusdem cohæsionis mensura resistent.

USUS LEGIS.

Hinc explicamus frangibilitatem , elasticitatem corporum, frigus , calorem , combustionem , congelationem , motum reflexum & refractum corporum à sua direktione abscedentium , dum ex uno in aliud transeunt medium.

Hinc præterea dependet veritas sequentium propositionum , nempe quod

I. Cu-

1. Cujuslibet actionis detur mutua reactio.
2. Quod reactio elasticitatis tanta sit, quanta est actio virium corpus comprimentium.
3. Quod perpendiculariter incidentia eadem resiliant directione & altitudine dempta resistentia, sed
4. Oblique incidentia angulum incidentiae aequalem forment angulo reflexionis.
5. Quod corpus perpendiculariter incidens semper plus possit, quam si oblique incurrat, & in hoc casu, quod
6. Vis agens sit ad vim corporis totam sicut sinus rectus anguli inclinationis ad radium.
7. Quod corporis e medio minus denso ad medium densius progradientis directio frangatur, & qui-
dem a Perpendiculo, & e contra si Corpus ex
densiore ad minus densum promoveatur medium.

ASSERTIONES.

1. Elasticitatem corporum neque constituimus in atomis statum suum difficulter mutantibus, & facile priorem recuperantibus, neque in aere, aut materia subtili quomodoconque prementi-
bus. Sed
2. Repetimus eandem a cohæsione partium flexi-
lium turbata, & denuo restituta, aliquando igni-
culis intra poros compressis adjuvantibus.

3. Calor fit ab igniculis per affictum excitatis, cohæsionem turbantibus, deinde ob rapiditatem suam varium & perturbatum motum inducentibus.
4. Si motus fuerit adeo vehemens, ut extra sphæram suæ activitatis minimæ corporis partes ejiciantur, erit combustio.
5. Frigus a congelatione distinguimus, quod illud paucas, hæc longe pauciores complectatur particulas igneas.
6. Ipsum congelationis effectum a vi mechanica minimis fluidi partibus indita repetimus. Salia sæpe requirimus, sed solum ideo, ut majores moleculas fluidi in plures dividant superficies, unde earundem vis auctior evadat. Igniculi saltem copiosi exesse debent, ne vim mechanicam corpusculorum impediunt.
7. Eidem vi mechanicae sequentia adscribimus : 1mo quod glacies in majus extendatur spatium, quam aqua antea occupaverit, 2do quod glacies expiret, & quidem quo frigus fit intensius, eo expiratio evadat auctior, 3tio quo expiratio glaciei major, eo volumen fiat extensus.

PROBLEMATA METALLURGICA
RESOLVERE , ET DEPENDENTER A
SUPERIORIBUS LEGIBUS RERUM
CAUSAS EXPONERE.

1. **M**ethodo usitata metalla ex mineris extrahere totumque auri, argenti, cupri, plumbi &c. processum exponere.
2. Idem præstare ope mercurii via amalgamationis (germanis verquicken) saltem quoad aurum & argentum.
3. Aurum & argentum invicem separare , totumque successivæ præcipitationis processum dependenter a præmissis legibus explicare.
4. Auri & argenti bonitatem per tractus in lapi de lydio formatos explorare.
5. Aurum ex vasis metallinis , tabulis ligneis antiquis recipere.

P R O B L E M A T A ,
EX QUIBUS VARIÆ MINERÆ DETEGI ,
ET EARUNDEM E MONTIBUS EFFOSSIO
ADJUVARI POSSIT.

1. **Q**uæ signa montium , auri, argenti, & aliarum minerarum feracium ?
2. Quid cavendum præcipue, antequam certus locus fodinarum constituatur ?

b 2

3. Quid

3. Quid de virga divinatoria censendum, quot ejusdem species dentur, & qualiter tractari debeat, ut latens alicubi metallum indicet ?
4. Quomodo succurrentum, si fodinæ subterraneis aquis repente compleantur, quæ machinæ adhibendæ ad aquas exhauriendas ?
5. Quid consilii, si halitus noxii venenosí repente cavernam repleant, ut fossoribus sine vitæ periculo sæpe persistere non liceat, sed recedendum sit & fodinæ relinquendæ sæpe ditissimæ ?
6. Explicare ea instrumenta, quæ ad accuratam fodinarum dimensionem requirantur, talia sunt 1mo compassus pensilis, Henggruben, oder Berg - Compass. 2do libella Wasserwage, Gradbogen. 3to instrumentum lineationis, Zulege oder Zeichen Instrument. 4to Goniodia der Winfl Weiser. 5to circuli horarii Stundenscheyben.
7. Quis prædictorum instrumentorum usus ?
8. Quomodo inclinatio & longitudo Cryptarum in quibus mineræ effodiuntur possint determinari ?
9. Qua ratione fodinarum dimensio instituenda, imprimis ope acus magneticæ, deinde
10. Si sint ferrifodinæ, in quibus acus magnetica turbatur, qua methodo omnis earum dimensio ope aliorum instrumentorum perficiatur ?

II. Quo-

11. Quomodo inveniendum, quantum crypta aliqua seu ad septentrionem accedat, seu ab eodem recedat?
12. Invenire quantum datus quidem montis vertex distet a puteo, seu ingressu fodinæ?
13. Qua ratione ichnographia subdialis perficiatur, & omnes ii subterranei tractus, qui ex diversa inclinatione & declinatione cryptarum constant, aperto cælo in terræ superficie possint designari?
14. Cujuscunque etiam infimæ & reconditissimæ cryptæ a dato montis vertice in externa terræ superficie constituto perpendicularum distantiam determinare.
15. Si puteus novus usque ad profundissimam aliquam cryptam sit effodiendus, partim ut minera commodius & breviore tempore extrahatur, partim ut noxiis vaporibus exitus pateat, qua ratione in tali negotio punctum illud in terræ superficie determinetur, a quo si fossio continuetur ad datam illam subterraneam cryptam perpendicularis pateat accessus, id quod Germanis *Durchschlag* dicitur.
16. Ex uno specu ad alium terram perfringere, quod apud Germanos *Querschlag* audit.
17. Venarum situm investigare, & earundem directionem principalem invenire.

DE MECHANISMO INCOGNITO IN MAGNIS MATERIÆ PORTIONIBUS.

ASSERTIO.

Datur vis aliqua mechanica nobis incognita etiam in maximis materiæ portionibus, propter quam eædem in se agunt, atque in se invicem feruntur.

LEGES.

1. Omnium corporum actio est imprimis mutua,
2. Est massis proportionalis.
3. Si duo corpora propter hanc vim invicem accedant, erunt spatia confecta uti massæ reciproce, si nempe solarum massarum ratio habeatur. Sed
4. Quoniam causam distantem remissius, propriem intensius agere animadvertisimus, erit vis in diversis distantiis a centro, versus quod se exerit, uti reciproce quadrata distantiarum.

ASSERTIONES.

1. Pondus a vi gravifica est distinguendum.
2. Vis hæc omnibus corporibus est communis.
3. Imminuitur in accessu ad æquatorem, & vasta corpora, deinde in recessu a centro terræ.

4. Gravitas neque explicari potest per modum vorticis subtilis materiæ, neque cum Purchotio, quod ejusdem materiæ magna pars ab æquatore versus polos defluat, neque cum Regnault per duos vortices unum subtilis materiæ, & alterum a polo ad polum ex magneticis constantem effluviis. Sed
5. In vi quadam mechanica, nobis adhuc incognita, & ipsa gravitas & omnes gravitatis effectus sunt constituendi.
6. Pondus immutabile est manente eodem volumine, massæ quantitate, & durante eadem gravitatis actione.

DE CORPORIBUS FLUIDIS. DE ELECTRICITATE.

QUÆSITA.

I.

- U**nde nomen, quæ electricitatis historia ?
2. Quid Physici, eandem observando, hucusque detexerint ?

ASSERTIONES.

1. Electricitas, & universim illius effectus neque constituendi sunt in aere, aut vaporibus aqueis,
2. Neque in materia quadam propria, minus in materia magnetica, aut effluviis lucidis.

3. Ex-

3. Explicari debet per duplarem vorticem, pro corporum diversitate aut sulphureum, pinguem, sebaceum, aut sulphureum acidum, martialem vitriolicum; in corpore primogeneam electricitatem habente per affixum, & consequentem in tubulis capillaribus oscillationem excitatum, in corporibus vero communicantibus v. g. ferro, manu hominis &c. a vi tubularum capillarium ipsius vitri, sulphuris, picis prolicitum.

DE SONO.

ASSERTIONES.

1. Corpus sonorum constare debet ex partibus seu fibris facile vibrationem, fremitum, oscillationem recipientibus.
2. Sonus vero consistit in pulsibus aeris frementibus & oscillantibus, in omnem partem propagatis, & vario motu in auris tympanum incurrentibus.
3. Etiam aqua a corpore sonoro pulsus recipere, & in aure sonum efficere potest.

QUÆSITA.

1. Quid Echo, & qualis obstaculi constitutio esse debeat, ut eadem consequatur?

2. Ope

2. Ope soni varias locorum distantias, & his cognitis etiam ventorum celeritatem determinare.
3. Sonum accrescentem efficere, & tubam locutoriam optima & moderna methodo construere.

DE LUCE.

LEGES.

1. Quando radius lucidus e medio minus denso ad medium densius transit, ex via sua detorabitur, & ad perpendiculum accedet, e contra si ex magis denso ad minus densum transiverit, accedet ad perpendiculum, nempe contraria ratione, atque in aliis corporibus accidat.
2. Quando radius lucidus incidit ad obicem polatum, & superficie æquabilis, erit angulus incidentiæ æqualis angulo reflexionis.

ASSERTIONES.

1. Refractio radii luminosi per diversa media trans-euntis neque explicari potest cum Cartesio, radium tanquam vim compositam considerando & in duas vires simplices resolvendo, quarum una, nempe perpendicularis in densiori medio fortius agat, radiumque versus perpendiculum accedere faciat;

c

2. Ne-

2. Neque dici potest cum de Chales, radium in uno sui latere, quo in medium densius impingit, detineri, consequenter altero sui extremo rotari, adeoque refractum ad perpendiculum accedere. Sed
3. Omnes refractionis effectus adscribendi sunt vi mechanicæ universali, ferme secundum proportionem massarum, ex quibus fluida constant, agenti.
4. Dici non potest cum Newtono, lumen esse substantiale quoddam profluviū ex sole & universim corporibus lucentibus ad instar odorum ex odoriferis emissum.
5. Admittendum est fluidum quoddam undique diffusum, non quidem Cartesiana illa, aut quæcunque huic similis, & vacuum omne excluens materia, sed
6. Fluidum imprimis subtilissimum adeo ut a capillo hominis quinques mille billionibus facile magnitudine supereretur, deinde
7. Summe elasticum, ut cum nullo alio corpore hic comparari queat, demum
8. Innumeris vacuis ita præditum, & adeo rarum, ut quadringentis millionibus ab aere nostro densitate supereretur.
9. Tale fluidum nos ætherem appellamus, & in hujus pulsibus a sole aut corporibus lucentibus acceptis lucem constituimus.

DE COLORIBUS.

QUÆSITA.

Quid colores emphatici, permanentes, quæ circa emphaticos observationes?

ASSERTIONES.

1. Quod radius lucidus per prisma vitreum transiens in complures separetur colores, id partim refractioni, partim pulsuum diversitati, quorum aliqui fortiores aliqui debiliores sunt, adscribimus.
2. Collectio & permixtio (sed non confusio omnium colorum, quia inde motus inordinatus in oculo efficitur) candorem constituit, alias pro diversitate pulsuum æthereorum diversi apparetur colores.
3. Colores permanentes non possunt explicari per simplicem reflexionem lucis, ita ut certa colorum classis ab objecto reflectatur, cæteræ absorbeantur. Sed
4. Dicendum est, in partes minimas in superficie opacorum corporum prostantes, & elasticas ætherem incurrere, & pro diverso elasticitatis gradu diversos pulsus ab objecto accipere, quos anima colores appellat.

5. Corpora diaphana explicantur per hoc , quod filamenta , ex quibus constant , eo prædita sint elasticitatis gradu , ut eosdem æthereos pulsus , quos acceperunt , etiam retro se reddant ; hinc fieri asserimus , ut trans vitra , vel potius post vitra easdem habeamus objectorum perceptiones , quas absentibus habuissemus vitris.
6. Corpora diaphano - opaca explicamus , partim quod filamentis constent eosdem pulsus æthereos reddentibus , quos acceperunt , partim quod opacas , præcipue metallicas partes immixtas habeant , ex quibus æther vario tono in oculos reflectatur.
7. In superficie omnium corporum perpetuo aliquid ætheris retinetur , atque adeo non in ipsa corporum superficie , sed ordinarie supra ætherem illum detentum lucis reflexiones perficiuntur , & sic quibusdam Newtoni experimentis hac in materia satisfiet.

DE AERE, AQUA, IGNE.

LEGES.

1. Fluida homogenea invicem communicantia æquipercent , & perpetuo in eadem sunt altitudine.
2. Si bases inæquales fuerint , perinde est ac si eædem æquales extitissent.

3. Si

3. Si vero fluida fuerint communicantia quidem, sed heterogenea, erunt altitudines ut eorundem specificæ gravitates reciproce.
4. Solidum quod fluido immergitur, tantum ex pondere suo amittit, quantum ponderat illud fluidi volumen quod extrusit.
5. Si solidum specifice levius non quidem immersum fuerit, sed duntaxat supernataverit, immergetur ad tantam sui voluminis portionem, donec pars fluidi extrusi toti æquiponderet solito.

ASSERTIONES.

1. Aer est porosus, gravis, elasticus.
2. Ascensus mercurii in Barometro non est tribuendus aeris elasticitati, sed
3. Soli aeris gravitati a dscribendus.
4. Aer tempore pluvio multo levior est, quam tempore sereno, non obstantibus particulis specifice gravioribus, quæ tunc aeri innatant dum futura est pluvia.
5. Flamma & ignis sunt quid ab invicem distin&tum.
6. Parum inter se differunt flamma & fumus.
7. Aqua vel omnino insensibiliter, vel potius nullo modo est elastica.
8. Fontium origo non est repetenda a pluviis & nivibus, sed

9. Eadem ex mari ope destillationis per naturales alembicos ope ignium subterraneorum desumenda.

QUÆSITA.

1. Explicare experimentum Stevinianum, Siphonem anatomicum, fontem intermittentem, diabetem, diabunculos Cartesianos.
2. Cui principio fontes salientes universim innitantur ? quomodo natatus piscium & volatus avium efficiatur, an spes sit hominem aliquando volaturum ?
3. Quæ sint salubritatis indicia in aqua, & quomodo detegatur, quas partes insalubres & minerales aqua contineat ?
4. Quid stellæ cadentes, nubes, ros, pluvia &c. quomodo eadem orientur ?
5. Quid hucusque de fulmine, & ejusdem effectibus senserint Physici, quibus rationibus inducti illud a materia electrica non distinguunt ?
6. Quomodo stupendi effectus pulveris pyrii, auri & pulveris fulminantis explicandi ?
7. Phosphori lux unde oriatur ?
8. Quid thermometrum, a quo inventum, quomodo construendum ?
9. Pyrometri qualis constructio, quis usus ?

DE

DE CORPORIBUS SOLIDIS
ET IMPRIMIS
DE GLOBIS CÆLESTIBUS.

LEGES.

1. **C**Um Keplero angulus inclinationis est triplo major angulo refractionis: Si nempe ex aere in vitrum transeat radius lucidus , & non multum supra 30. gradus incidat. Contra
2. Angulus inclinationis duplus erit anguli refractionis, si ex vitro in aerem transeat radius.
3. Refractio siderum in horizonte maxima , versus Zenit continuo decrescit.
4. Differentia inter veram & apparentem distantiam a Zenit æqualis est angulo parallactico.
5. Parallaxis variat, horizontalis maxima est.
6. Quo sideris alicujus distantia a centro terræ major, eo parallaxis erit minor.
7. In determinandis omnibus siderum altitudinibus semper refractio subtrahenda, & parallaxis addenda.

QUÆSITA.

Quid nomine planetarum veniat , qui primarii, qui secundarii , hi quando & a quibus detecti?

DE

DE PLANETIS SECUNDARIIS. DE PHAENOMENIS SATELLITUM JOVIS.

1. **C**ur satellites Jovis non semper appareant, etiam longissimis telescopiis adhibitis?
2. Jam ad dextram, jam sinistram sui primarii conspicantur?
3. Quisque suos limites habeat, quos non transit, cur jam e regione hujus jam illius eclipticæ partis videantur?

DE PHAENOMENIS LUNÆ.

1. Explicare conjunctiones, oppositiones, nodos, mensem periodicum, & synodicum lunæ.
2. Lunæ phases respectu terræ, id est plenilunia, novilunia &c. exponere, &
3. Quales phases terra respectu lunicolarum, si quidantur, subeat, explicare.
4. Ostendere, quod luna in orbita simul & circa axem moveatur.

DE ECLIPSIBUS LUNÆ.

LEGES.

1. Si corpus luminosum illuminet opacum, umbra non erit semper eadem, sed, si utrumque sphæricum fuerit, pro diversa sphærarum magnitudine

CO-

conica erit umbra , jam cylindrica , jam coni truncati referet figuram.

2. Si sphæra luminosa superet magnitudine sphæram opacam , fiet , ut pars sphæræ lucidæ semicirculo minor illuminet partem sphæræ opacæ semicirculo majorem.

E X P L I C A R E

1. Eclipsim lunarem , quomodo fiat , & quando eadem contingat ?
2. Quis lunæ limbus primus umbram subeat ?
3. Quare eadem semper in pleniluniis accidat , & quare non in omnibus pleniluniis eclipsis lunæ succedat ?
4. Quando futura fit eclipsis lunæ centralis , totalis , partialis ?
5. Quomodo accidat ut durante eclipsi luna non fiat plane invisibilis , sed subrubicunda appareat ?
6. Quomodo eclipses lunares observandæ ?
7. Qua ratione determinetur pars sphæræ lucidæ illuminans , & sphæræ opacæ illuminata , si nempe dentur semidiametri sphæræ lucidæ & opacæ .
8. Quomodo inveniatur longitudo umbræ terrestris & lunaris datis semidiametris sphæræ lucidæ & opacæ & distantia centrorum.
9. Typum delineare eclipsis lunaris , & in eodem ostendere , quanta pars ipsius lunæ sit obscuranda.

d

DE

DE SOLE.

ASSERTIONES.

1. Sol non est purissimus & homogeneus ignis, sed multis constat heterogeneis partibus.
2. Maculæ, quæ in illo comparent, magnitudinem suam perpetuo mutant; hoc non obstante
3. Regularissime moventur, jamque lineam rectam jam curvam movendo conficiunt. In opposito hemisphærio diutius morantur, in limbo solari apparent tardissime procedere, quos omnes effectus apparentias opticas esse dicimus. Hinc vero
4. Solem ab occasu ad ortum circa suum axem moveri afferimus.

DE ECLIPSIBUS SOLARIBUS.

EXPLICARE

1. Quomodo, & quando fiant eclipses solares, & qualis margo prius eclipsim patiatur?
2. Quare eadem semper quidem in noviluniis accidat sed non in omnibus?
3. Eclipse in passione domini facta quare fuerit miraculosa?
4. Qua ratione illud spatium telluris determinari possit, quod umbram plenam subibit durante eclipsi?

5. Ty-

5. Typum eclipsis solaris delineare, ut in eodem pars solis obscurata exhibeatur.
6. Quomodo eclipsis solaris observanda, & quidem dupli methodo?
7. Ex observationibus eclipsium quæ utilitas promanet?

DE PHÆNOMENIS PROVENIENTIBUS EX MOTU TERRÆ PERIODICO, ET CIRCA AXEM.

EXPLICARE

1. Quomodo sol, & totum sidereum cælum ab ortu ad occasum intra tempus diurnæ revolutionis moveri videatur? quomodo jam in his, jam aliis signis cæli appareat?
2. Inæqualitatem dierum decursu anni, jam diem, jam noctem perpetuam ad polos, in æquinoctiis diem per totum orbem æqualem exponere.
3. Unde temporum vicissitudines, æstas, hyems &c. proveniant?

DE PLANETIS, EORUM MOTU ET DISTANTIIS.

EXPLICARE

1. Qua ratione astronomis innotuerit, planetas proprium lumen non habere, sed esse corpora opaca?

d 2

2. An

2. An eandem, an diversam terricolis figuram & aspectum exhibeant, & unde, quave ratione id fiat? præcipue
3. Quomodo miræ saturni & jovis apparentiæ exponendæ?
4. Quare jam stationarii, jam retrogradi, jam præcedentes appareant?
5. An & quando solem eclipsent?
6. Qua ratione astronomis innotuerit, proximam soli esse orbitam mercurii, deinde veneris, terræ, martis &c.
7. Quanto tempore motum suum periodicum absolvant, & an semper eandem a terra distantiam habeant?
8. Quomodo data parallaxi lunæ, & distantia ab horizonte ejusdem distantia a terra determinetur? imo
9. Qualiter ipse angulus parallacticus lunæ inveniatur?
10. Solis distantia a terra quomodo innotescat?
11. Solis & lunæ diameter apprens quomodo expletetur? Et
12. Datis semidiametris solis aut lunæ apparentibus, & eorum distantia a terra quomodo diameter vera inveniatur?

DE ORBITIS PLANETARUM.
PRÆMITTITUR DOCTRINA DE VIRIBUS
CENTRALIBUS.

LEGES.

1. Si duo corpora in gyrum moveantur, & massas habeant æquales, distantias vero a centro motus inæquales, erunt vires centrifugæ ut distantiæ a centro. Si vero
2. Duorum corporum distantiæ æquales, massæ inæquales extiterint, tunc vires centrifugæ massarum rationem habebunt.
3. Si tam massæ, quam distantiæ inæquales fuerint, sed ita ut rationem habeant reciprocam, vires centrifugæ utrimque æquales erunt.
4. Si corpus duabus viribus non oppositis agatur, una projectili, altera centripeta, fiet ut lineam describat curvam, in tali curva
5. Areæ quas radius vector eodem tempore verrit, æquales invicem erunt.
6. Si differentes curvæ Portiones æqualibus temporibus percurrantur, erunt celeritates in iisdem uti reciproce perpendiculara ex centro motus demissa. Si vero
7. Arcus curvæ æqualibus temporibus æquales describantur, figura talis erit circulus, & corpus, in tota curvæ hujus peripheria æquali procedet celeritate.

8. In ellipsi corpus non progreditur æquali celeritate, sed in minore distantia a foco celerius, tardius in distantia majore procedit.
9. In circulo tam magnitudo vis centripetæ quam centrifugæ invenitur, si quadratum arcus cujuscunque, quem dato aliquo tempore corpus emittitur, per circuli diametrum dividatur.
10. Vis centralis in peripheria magna est ad vim centralem in parva, in ratione directa duorum quotorum qui oriuntur ex divisione diametrorum per quadrata temporum periodicorum.
11. Si duo corpora sint ejusdem massæ, si præterea quadrata temporum periodicorum sint uti cubi distantiarum a centro motus, erunt vires centrales in peripheriis sicut reciproce quadrata distantiarum a centro motus.

QUÆSITUM.

Quas leges circa planetarum motum Keplerus statuerit cum observationibus astronomicis consentes, & quomodo eædem leges veræ esse ostendantur?

ASSERTIONES.

- I. Planetæ orbitas suas circa solem conficiunt propter vim duplicem centripetam unam & centrifugam aliam.

2. Dici

2. Dici non potest cum Tychonicis eos in circularibus licet excentricis moveri orbitis, sed
3. Cum Keplero statuendum orbitas illas esse veras ellipses, licet parum admodum a circulo differentes, in quarum foco tanquam in centro motus sol constituendus.
4. Vis centripeta, qua planetæ primarii versus solem & secundarii versus primarios tendunt, est ipsissima illa proprietas corporum, quæ apud nos terricolas gravitas audit.
5. Quemadmodum planetæ in solem, ita vicissim sol gravitat in planetas.
6. Hæc gravitas perpetuo non est eadem, sed pro varia a sole distantia jam major, jam minor.

EXPLICARE

1. Mutationem nodorum lunarium.
2. Præcessionem æquinoctiorum.
3. Motum Planetarum circa axem.

DE ALIIS STELLIS.

1. Stellas novas aliquando visas, deinde non amplius conspicuas explicare, & imprimis Stellarum, unius in collo Ceti, alterius in pectori Cygni & celeberrimæ illius in sella Cassiopeæ motum, revolutiones, lumen decrescens &c. exponere.
2. Quæ

3. Quæ celebriores hac super re authorum sententiæ ?

ASSERTIONES.

1. Cometæ non sunt corpora ex planetarum , vel aliorum astrorum exhalationibus temere compacta & accensa , sed
2. Sunt corpora solida , durabilia , mundo coæva , per orbitas ellipticas admodum excentricas , circa solem ad modum planetarum nostrorum mota .

D E T R R A.

QUÆSITA.

1. Quibus viis , quave methodo aeris nostri altitudo determinetur ?
2. Explicare de diluculis , crepusculis , & quando primum sol supra horizontem conspicatur ?
3. Quid ventus , quæ ventorum causa generalis , quæ eorundem particulares esse possint ?
4. Explicare Iridem , Halonem , Parelum &c. & quæ de his celebriores authorum sententiæ ?

ASSERTIONES.

1. Terra non tantum circa axem motu diurno , sed etiam in propria eademque elliptica orbita , tanquam

quam verus planeta circa solem motu annuo
movetur.

2. Figura terræ nec est sphærica , neque habet diametrum a septentrione ad meridiem usque majorem , quam alia sit , quæ per æquatorem transit , sed
3. Est ad polos depressa & ad æquatorem protuberans.
4. Exterior terræ structura , qua tum in montium juga erigitur , tum in maria vallesque deprimitur , maximam partem est mundo coæva. Illius
5. Interna structura non multum differt ab exterio-
re facie.
6. Montes ignivomi non ardent immediate ab igne per totam terram diffuso , sed ex fermentatione particularum acidarum & sulphurearum , & quidem inflammatione non procul a crateribus orta.
7. Neque terræ motus aliunde ortum habent , quam ex bituminosis & sulphureis particulis inflamma-
tione accensis , nitrosis vero in vaporem resolutis.
8. Lepides oriuntur ex variis terris , arenis , sæpe aliis corporibus calcinatione spongiosis , & ope

succorum lapidificorum inter se concrescentibus.

9. Fossilia figuræ variæ referentia fuerunt aliquando ex regno animali, aliquando ex vegetabili.

DE MAGNETE.

QUÆSITA.

1. Quid magnes, quæ illius phænomena, quæ attractionis conditiones ?
2. Poli magnetis quot modis determinentur, & qua ratione in quovis procedendum ?
3. Magnetes quomodo armandi, & eorum vires qua methodo examinandæ ?
4. Qua ratione magnetes artificiales construendi, & vis magnetica quomodo aliis corporibus communicanda ?
5. Quæ acus magneticæ directio & inclinatio ?
6. Ad explicanda magnetis phænomena qualia adhuc Physici systemata excogitaverint ?

DE FLUXU ET REFLUXU MARIS.

QUÆSITA.

1. Exponere, quemadmodum motus lunæ cum æstu maris conspiret.

2. Tem-

2. Tempus accessus & recessus aquarum ad vel a littoribus exponere.
 3. Quæ observanda sint, si primo æstus diurni, deinde menstrui, demum annui invicem comparantur?

ASSERTIO.

Fluxus & refluxus maris, & phænomena omnia
huc pertinentia dependent a gravitate universali, qua
luna in terram, terra & luna in solem & vicissim gra-
vitant.

EX

HISTORIA UNIVERSALI CHRISTO NATO AD NOSTRA TEMPORA.

Quid interest inter Annum Æræ vulgaris Christia-
næ, & inter verum annum Christi Nati critice
constituendum.

Quis status Reipublicæ Romanæ sub Augusto,
quoad Religionem, Rem Politicam & Litterariam?

Quis ordo Augustorum primi a Christo nato
sæculi, quis Character, quæ res præcipuæ, qui Cæ-
fares?

Eadem de altero sæculo :

Itidem de tertio sæculo enarranda.

Quarti sæculi, quis ordo Imperatorum, ac Cæsarum : quæ celebres tres divisiones Imperii Romani ?

Quæ persecutiones Ecclesiæ celebriores primis quatuor sæculis ? sub quibus Augustis ? qui præcipui Martyres ?

Qua ratione potest veritas Christianæ Religio-
nis ex ipsa ejusdem historia, ac doctrina demonstrari ?

Quæ præcipuae Hæreses primis quinque sæculis Ecclesiam turbavere ?

Quæ prima quinque Concilia generalia ? quan-
do habita ? quæ Hæreses damnatae ?

Numismata Imperatorum, ac Cæsarum Romana, Coloniarum, & Græca magis obvia, legere, expone-
re, & ad historiam applicare.

Romani Imperii præcipuas Regiones in Mappa
Geographica ostendere.

Quænam fuere Barbarorum sæculo quarto, &
quinto in Romanum Imperium irruptiones ? quæ
fundata Regna ?

Qui Reges exteri, Romanorum aut æmuli, aut
clientelarii, quorum Numismata habentur ?

Quinam Scriptores veteres pro Historia Roma-
norum Imperatorum, præcipue per prima quatuor
sæcula sunt consulendi ?

Quænam fuere initia Saracenorum Religionis,
ac potentiae ? quæ Turcarum, ac Bulgarorum ?

Qui limites, magnitudo, flumina, fertilitas,
montes, aut promontoria celebriora hodiernæ His-
paniæ ?

Quæ Regiones, & earum præcipuæ urbes in
Hispania ?

Quis status Politicus ? quæ foedera Aulæ His-
panicæ ? quas terras extra Europam possidet ?

Quæ Synopsis Historico - Chronologica Hispa-
niæ, & quod sistema breve Genealogicum postre-
morum Regum ?

Eadem de Lusitania exponenda sunt.

Similia de Regno Galliæ.

Item de Italiæ Regionibus, & Principibus :
præsertim de Regibus Neapolis, & Sardiniæ, ac de
Rebuspublicis quædam attingere.

Itidem de Regno Hungariæ.

Similia de Polonia.

De Svecia.

De Dania.

De Russico Imperio, seu Moscovia.

Denique de Regno Magnæ Brittaniæ prædictis
quæsitis satisfacere.

EX ARCHITECTURA CIVILI.

QUÆSTIONES.

QUÆ origo hujus Scientiæ ? qui scriptores institutionum Architectonicarum ?

Quid ædificium, fundator, Architectus ?

Quæ divisio, quæ præcipua axiomata Architecturæ ?

Quid ratio ? quæ Eurythmiæ, ac Symmetriæ differentia, leges, exempla ?

Quæ conditiones materiæ ? quæ fulcrorum distinctio ?

Quæ partes primariæ cuiusvis ædificii ?

Quid nomine ideæ, Proto- & Ichnographiæ, Elevationis Geometricæ, Intersectionis, & Sciagraphiæ comprehendunt Architecti ?

Quid membrum ornatus architectonici ? quid projectura partis, & ecphora, mutulus, colliciæ, subgrundæ ?

Quid architectonicus ordo ? & quæ ejus partes tam primariæ quam secundariæ ? qua demum praxi ex rudioribus fulcris ad ornatissimos columnarum ordines perventum est ?

Quæ signa ornatuum indifferentia & significativa ?

Qui ordines præcipui, quis modus unum ab altero discernendi ?

Quid Orophegraphia , opus rusticum , striatura ,
denticuli , metopæ ?

Quid de ellipticis , polygonis & cochleatis co-
lumnis sentiendum ?

Quæ symbolicæ columnæ , & quod earum discri-
men ?

Quid intercolumnium ? quæ intercolumnia in co-
lumnis conjugatis probantur ? quæ intercolumnia
veterum in ordine ad 5. ædificiorum genera ?

Quid perystilium & arcus ?

Quæ statuarum ad architectonica opera proportio ?

Quid frontispicium , & quæ reliquæ supremæ mu-
rorum coronæ ?

Quæ leges generales in taxi & diathesi hodierno-
rum Architectorum observantur ?

THEOREMATA.

IN Architectura civili maxime probantur rationes ,
quæ numeris minoribus exprimuntur.

In membrorum dispositione varietas , ad concin-
nos partium ductus obtinendos tangentium circulo-
rum arcus diligendi .

Substructionis in fundamento basis inferior latior
superiore , superioris ultra muri imponendi latitudi-
nem excessus altitudini muri proportionalis constitui
debet .

Muri

Muri ad perpendiculum excitandi , tum contra-hendi , & tentionem ferendo pares reddendi sunt.

Fenestras superiores æque latas ac inferiores , atque in eadem linea constitui par est.

Figuram conclaveum rectangularam , altitudinem mediocrem fieri oportet , neque usum unius per usum alterius impediri.

In omni camera lateres , atque saxa cuneatim , neque libratim , sed arcus forma disponi debent.

Tecta nec justo celsiora , neque depressa nimis , fumaria quantum fieri potest tectis altiora fieri par est.

Fulcrorum omnium perfectio tam a firmitate , quam firmitatis specie æstimanda.

In columnis eadem membra immediate conjungi non debent , neque membra plana ad diversas ordinis partes pertinentia apophygi connecti.

Truncus , scapus , & zophorus per apophygem cum superciliis suis , & limbis junguntur.

Coronidi , capitulo , coronici torus , & trochilus minime convenient , basibus columnæ & stylobatæ membra omnia præter echinum ?

Pro angulo frontispicii recte deligitur angulus octogoni.

Formæ ectypæ ædificiorum in conspicua aliqua magnitudine effingendæ sunt , & secundum sectiones horizontales æque , ac verticales exhibendæ.

PROBLEMATA.

Rationes optimas pro dato casu deligere.

Explicare regulas tum deligendæ , tum præparan-
dæ materiæ idoneas.

Membra architectonica delineare , atque de ipso-
rum decore , varietate & coniunctione disponere.

Fundamentum ædificii ponere , muros struere,
feneſtras , januas , coronicem intra cubiculum deter-
minare.

Conſtituere rationem pilarum ad fornīcēm.

Struere arcum compressum.

Scalarum commodis providere.

Tectum muris imponere.

Ex assignata totius ordinis altitudine diametrum
columnæ Vignoliana methodo designare , ipsosque
ordines delineare.

Denticulos , triglyphos , volutasque describere.

Scapum columnæ contrahere.

Frontispicium , & arcum inter columnas delineare.

Columnam super Columnam constituere, ordinem at-
ticum , cellulam , cancellos , pilasque coordinare.

Fabricæ dimensionem exequi , muros tam acclives ,
quam rectos calculo subducere.

Fundamentum in solo designare , omnemque para-
tum pro ædificii consummatione ordinare.

Structum ædificium exornare.

EX PERSPECTIVA.

TAM ichnographiam cujusvis plani horizontalis, quam scenographiam solidorum juxta leges perspectivæ perficere, pro casu quovis puncti distantia ad tabulam applicati.

Pro universis projectionibus scenographicis punctum distantiae & altitudinem oculi determinare.

Statuas in sublimi collocatas connaturali situ & magnitudine repræsentare.

Umbrarum apparentias exhibere.

Dare compendia projectionum perspectivarum.

Objectum quodcumque etiam juxta leges perspectivæ militaris delineare.

EX PYROTECHNIA.

QUÆSTIONES.

Quid Pyrotechnia, quæ illius divisio? qui præcipui scriptores?

Qui ignes pyrotechnici?

Quod examen pulveris pyrii, & quibus experientiis ejusdem vires elasticæ nituntur?

Quæ præcipue pulveris pyrii compositiones?

Qui cæteri ignes bellici?

Quid calibra? spatium vacuum, regula calibræ?

Quid

Quid tormentum & mortarium, quæ partes eorum præcipuæ, & genera?

Quid insitium tormentum? tormentum & mortarium lapidarium?

Quid in specie circa formam tormentorum servandum? & unde melior ejusdem determinatio exsttit.

Quid jactus horizontalis, quid arcuatus? quis jactus Vaubanianus peculiarior?

Quis est jactus maximæ elevationis? quid amplitudo & directio jactus?

Quid lorica, stratum, incisura, & quæ mensuræ partium præcipuæ?

Qui suggestus tormentorum æque ac mortarium.

Quid sunt cuniculi? quid camera? & quibus legibus quantitas pulveris pyrii subvertendæ moli accommoda determinatur?

THEOREMATA.

Præcipua parabolæ proprietas est, ut quadrata semiordinatarum sint inter se, ut abscessæ.

Projecta directione horizontali, vel ad horizontem inclinata describunt curvam parabolicam.

Subtangens in vertice parabolæ divisa est in duas partes æquales.

Amplitudines jactuum sunt inter se, ut sinus angularum elevationis duplorum.

Amplitudo jactus sub elevatione 45° . est dupla amplitudinis sub elevatione 15° .

Celeritas corporis projecti directione horizontali est æqualis celeritati, quam acquireret cadendo per quartam partem parametri axis.

Celeritas corporis projecti directione obliqua est æqualis celeritati, quam acquireret cadendo per quartam partem parametri diametri, quæ transit per punctum projectionis.

Amplitudo maxima est dupla quartæ partis parametri diametri, correspondentis punto projectionis.

Spatium parabolicum est æquale duabus tertiiis parallelogrammi circumscripti.

Conoides parabolicum est subduplum cylindri super eadem basi & ejusdem altitudinis.

Spatium a cuniculo excavatum pro conoide parablico habendum est.

PROBLEMATA.

PUlverem pyrium conficere.

Bombarum vitia detegere.

Saccum pyrotechnicum machinæ Ballisticæ adaptare.

Globorum numerum in quovis aggesto cumulo tam ex tabulis, quam ex formulis algebraicis determinare.

In-

Invenire diametrum globi unius libræ, & inde regulam calibræ parare.

Examinare regulam calibræ.

Data diametro globi quotvis librarum invenire diametrum globi libram unam appendentis.

Spatium vacuum in machinis reperire, iisdemque globorum diametros conformare.

Metallum ex vario ære pro machinis miscere.

Ex data calibra globi longitudinem tormenti, & ex data tormenti longitudine quantitatem pulveris pyrii pro fartura determinare.

Mensuras pulveris pyrii parare.

Tormentum ad scopum dirigere tam in jactu horizontali, quam arcuato.

Mortarium ita elevare, ut cum horizonte efficiat angulum datum.

Scalam pro altitudinibus & angulis inclinationum inveniendis methodo Hireana perficere.

Invenire semicirculum pro omnibus amplitudinibus, quæ sub eadem fartura pro diversis angulis inclinationum haberi possunt.

Ferire objectum supra vel infra horizontalem linéam suggestus positum.

Incisuras loricarum in conspectu hostis parare, vel immutare.

Suggestus tormentorum & mortariorum construere.

Ex data linea minimæ resistentiæ perficere calculum molis a cuniculo subvertendæ.

Cameram cuniculi, ejusdemque farturam determinare.

EX ARCHITECTURA MILITARI.

Q U A E S T I O N E S.

QUÆ artis muniendi in specie, tum quæ totius militaris architecturæ ratio, & fundamentum?

Unde robur defensionis in loco munito desumendum?

Quæ præcipua veterum in defensione arcium theoria extitit?

Qui canones præcipui munitionum hodie tenent?

Quæ partes cujusvis munimenti?

Inter systemata muniendi particularia quod maxime classicum æstimatur.

Quid est opus externum? quid irregularis munitio?

Quid opus campestre? reductus? munimentumstellatum? lineæ?

Quæ tactica castrorum & acierum?

THEOREMATA.

Quantitas defensionis desumitur a perpendiculari inter parallelas extremitatibus lineæ defendantis adhuc intercepta.

Spa-

Spatium indefensum ab angulo mortuo productum
majus est sub angulo obtuso, aut acuto, quam sub
recto.

Valli altitudo minor præstat majore.

Munimentum ex propugnaculis, & cortinis, pro-
pugnacula ex faciebus, & alis constare debent.

Ala aliquot hexapedarum intervallo versus capi-
talem retrahi, ala retracta fieri concava, parsque
superior auricula tegi debet.

Methodus Vaubaniana canonibus militaribus ex-
acte satisfacit, & tam propter facilitatem, quam
propter muniendi præstantiam classicis aliis antefer-
tur.

In muniendis areis irregularibus eligenda videtur
methodus a collatis inter se lateribus externis, in-
ternisque usitata.

In munimentis ellipticis angulus propugnaculi
semper unus in vertice axis minoris constituendus.

Castellum in loco edito collocandum & spatio in-
ter urbem relicto a civium habitationibus separan-
dum.

Quarteria fluvio separata tribus plerumque pon-
tibus jungi, lineæ dimidiis reductibus, & in extre-
mitatibus propugnaculo muniri debent.

PRO-

PROBLEMATA.

VAllum circa urbem disponere, fossa, via coopta, & lorica campestri munire.

Septi vallaris universi tam ichnographicam, quam orthographicam descriptionem dare, & ad datam magnitudinem reducere.

Lineam magistralem triplici methodo Vaubaniana definire, vallum, fossam &c. adjungere.

Alas retrahere, & auriculis munire, forcipulas, lunulas, suggestus in vallo &c. excitare.

Opera externa construere.

De interiore urbis munitæ constitutione leges præcipere, castellum, aut reductum Vaubaniana methodo apparare.

Figuram irregularem ad regularitatem reducere.

Aream ellipticam, vel irregularem quamvis munire.

Munimentum in solo designare.

Arcem armatis cingere, castra metari.

Distantiam ab obsessa urbe in dies singulos mensurare.

Lineas, accessus, sappam parare.

Ducere adverso munimento parallelam, & suggestum quemvis opposito lateri parallelum agere.

Loricam perforare, fossam, opera externa, ac interna occupare.

Urbem defendere, hostiumque artibus obvenire.

EX JURE NATURÆ ET PHILOSO-
PHIA MORALI.

Q U Æ S T I O N E S.

- Q**uid jus naturæ affirmativum & negativum ?
 Quæ juris proprietates ?
 Quæ morum honestatisque regula ?
 Quæ conditiones ad actus honestatem requisitæ ?
 Quomodo ignorantia , vis & metus eam turbant ?
 Quid conscientiæ dictamen ?
 Quomodo hoc in dubiis formandum ?
 Quid officium perfectum & imperfectum ?
 Unde officia erga Deum deducuntur ?
 Quæ officia erga se ipsum & quibus comprehendun-
 tur regulis ?
 Quæ sui suarumque rerum præscripta cura ?
 Quæ erga alios officia ? quis in his ordo ?
 Quid mendacium & cur semper illicitum ?
 Quamdiu juramentum promissorium obligat ?
 Quid communio negativa & positiva bonorum ?
 Cui natura jus maris , & indivisarum rerum reliquit
 dominium ?
 Quæ sit causa cur ad restitutionem injurians oblige-
 tur & quando ?
 Quid Philosophia moralis , quæ Partes , quod singu-
 larum objectum , quis finis ?

g

Quid

Quid civitas, respublica? quæ varia ejus regimina?
 Quæ sint maxima felicitatis publicæ instrumenta?
 Quomodo Religio in eam influat? quid circa hanc
 curandum?
 Quomodo justitia? quæ in justitia distributiva, quæ
 in vindicativa observanda?
 Quis bonus vir, quis bonus civis?
 Quæ subditorum in principem officia?
 Unde nobilitatis origo? quæ ejus in patriam & prin-
 cipem officia?
 Quid magnificentia, quid luxus, quid prodigalitas,
 quid liberalitas?
 Quid amicitia? quæ in illa cautelæ?

ASSERTIONES.

Finis hominis ultimus Deus est, in cuius per-
 actus sibi proprios possessione suprema illius felicitas
 sita est; ast cum hanc, quamdiu corpori unitus vivit,
 perfecte obtainere nequeat, summa, quam in hoc
 mundo obtainere potest, consistit beatitudo in illa ani-
 mi quiete, quam sola ipsi virtus parit.

Jus naturæ est Dei voluntas, qua absoluta &
 immutabilia præscribit media, quibus ad finem suum
 homo dirigitur.

Ad finem hunc, si actiones exporet homo, in-
 fallibiliter dirigitur in cognitione juris naturæ, cuius
 proin cognoscendi principium est ipse Deus ut in-
 finite perfectus.

Inter

Inter officia quæ Deo debet homo , jus naturæ Religionem quoque externam præscribit.

Hinc ex Atheis nunquam politica etiam societas forinari poterit.

Sui ipsius violentam occisionem omni casu proscriptit natura.

Fama sua homini cuilibet cordi ut sit, natura dictat ; ast eam alterius cæde conservare, omnino est illicitum.

Tantum quilibet jus in vitæ suæ conservacionem accepit, ut violentum invasorem etiam illata morte repellere queat; si tamen concessa facultate usus non fuerit, legem naturæ non transgreditur.

Omnia quæ proximo debentur officia , his continentur capitibus : quod tibi non vis fieri alteri ne feceris , omnia vero quæcumque vultis ut faciant vobis homines , & vos facite illis.

Natura quidem a mundi exordio in communione externa corporis bona reliquerat , non tamen contra eam introducta est bonorum divisio.

Tantum abest legitimam Magistratui subiectiōnem , naturæ repugnare , ut status potius civilis illi maxime sit conformis , ad quem hominem ipsa natura formasse videtur.

Hæreditario jure firmata Monarchia regimen est humanæ felicitati quam maxime aptum.

Obedientia Principi debita, tot nobis præscripta est titulis, nullo ut umquam casu ab hac sit exemptio, nisi ubi a Deo manifeſte contrarium præcipereſtur, atque tum quidem nihil niſi paſſive inobedire licet.

Bonus vir a bono civi nihil diſſert, vitam ergo qui Patriæ non ducit utilem, non otiosus tantum ſed & malus eſt.

Post Deum, Patriæ Principisque amor reliquis rebus omnibus præferendus eſt.

Cum e Republica ſit, Thesauros publicos opulentos eſſe, manifestum eſt, civem quemlibet teneri bona ſua in eos conſerre; Patriæ ergo injurius eſt, qui diſſipatione quacumque ſe huic auxilio ineptum reddit.

Militaris vita, gloriæ ſeges & Patriæ fulcrum, convenientiſſima eſt homini natalibus illuſtri.

Scientiæ vitæ nobilis ornementum ſunt: nec hæ, ſecus ac quidam hodie cenſent, corruptelæ morum contulerunt quidpiam.

In Divitiis conquirendis primam ponere curam ingenuum dedecet; aſt moderate parandis & conservandis vacare, eſt de Patria bene mereri.

Cum primus nobilitatis finis ſit Patriæ Principiique affiſtere, non apparet, quomodo huic adverſaretur, vel nobilitate excideret, qui commerciis in cumberet.



120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000









